

salmus iste protorcularibus inscribitur; et quantum aduertit nobiscum  
 caritas ur̄a. quia uos intentissime audire aduertebamur. nihil in eius textu  
 dictum est. uel de prelo. uel de fiscinis. uel de lacu. uel de instrumentis aut  
 aedificio torcularis. Omnino nihil in eo tale audiuimus. unde quid sibi  
 uelit titulus eius quod inscribitur protorcularibus. non parua questio ē;  
 Profecto enim si potest istum titulum aliquid de talibus rebus diceret qua  
 les commemorauit. crederetur a carnalibus uere ista uisibilia torcula  
 ria uoluisse cantare. Quia uero titulum in posuit protorcularibus &  
 nihil postea in omni uersu psalmi dixit de his torcularibus notissimis  
 oculis nr̄is. Non dubitatur esse alia torcularia. quaenos hic querere &  
 intellegere uoluit sp̄s d̄i. Quapropter quid agatur in his uisibilibus torcu  
 laribus recordemur. Et hoc uideamus quē admodū spiritualiter agatur  
 in ecclesia. Quacerte. certa pendet in uitis. et oliua in arboribus. His  
 enim duobus fructibus solent torcularia p̄parari. Et quā diu pendent  
 in fructibus suis. tamquam libero aere perfrauntur. Et nec uia uinum  
 ē nec oliua oleum ante pressuram. Sic sunt et homines quos p̄distinauit  
 d̄s ante saecula conformes fieri imaginis unigeniti filii sui. Qui p̄cipue  
 in passione magnus botrus expressus ē. Huiusmodi ergo homines ante  
 quam accedat ad seruitutem d̄i. fruuntur in hoc saeculo tāquā delictiosa  
 libertate. uelud uuae aut oliuae pendentes. Sed quō dictū ē fili acce  
 dens ad seruitutem d̄i. stam iustitia et timore. et p̄para animā tuā ad tēp  
 rationē. Accedens quisq; ad seruitutē d̄i ad torcularia se uenisse cog  
 noscat. Contribulabitur. conteretur. conprimetur. Non ut in hoc saecu  
 lo pereat. sed ut in apothecas d̄i defluat. Exiit enim carnalium desideriorū  
 in tegumentis quasi uinaces. Hoc enim ei contingit in desideris carnalibus;  
 propter qua et apostolus dicit. Exiite uos ueterē hominem. Et induite  
 nouū; hoc totū non fit nisi de pressura. Propterea torcularia nominan  
 tur ecclesiae d̄i huius tēporis. sed in torcularibus qui sumus postci filii  
 chore; Sic enī ad d̄i ē. protorcularibus filius chore. filios chore